



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Laicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Sententia stat Palaus cum aliis: utraque sententia rationes habet probabiles. Nota obiter contra Palaum voto de dicendo Rosarium satisficeri recitando alternatim cum socio: imo & satisfacere voto, si reciter facta notabiliter interrupzione in ipsis decenniis: item, qui vovit aliquid aliquo modo indeterminate, potest eligere id, quod minus est, quia votum est interpretandum strictè, item qui vovit feiunare toto mense v.g. Septembri non tenetur ieiunare Dominici missus, nisi id expressè intenderit: quia præsumitur se obligasse eo modo, quo obligat Ecclesia, quæ in Dominicis non obligat. Ita Sanchez: item, qui vovit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, cuius dies festus incidit in feria secunda, potest Sabbato antecedente ieiunare, & non tenetur ad ieiunium in die Dominicæ. Et idem, si vovit ieiunare in die Annunciationis B.M. Virginis, & incidat in Dominicæ, dummodo aliud in utroque casu expressè non intenderit, in dubio autem voluntatis, potest in Sabbato antecedente diem Annunciationis ieiunare, aut etiam potest ieiunium transferre in Feriam secundam, si die Sabbati teneatur alio titulo ieiunare, quia se vñiversalis Ecclesie consuetudini accommodare est iusta causatranslationis: & haec commutatio est in eoque. Qui vovit tradere aliquid certo pauperi, si hic designatus moriatur ante adimplectionem voti, tenetur tradere alteri pauperi, nisi alter constet de voluntate voventis: quia sic explicatur præceptum; si de hac re staret: & quia hoc votum explicandum sicut legatum alieui pauperi reliquit, quod solendum est, etiam si fuerit mortuus pauper designatus. Si quis vovit sextis Fertiis ieiunare, non teatetur ieiunare in Natali Domini incidenti eo anno in die Veneris quidquid dicat in contrarium Palaus vide Trullen parte 9. tr. 8. ref. 6.

L A I C U S .

LAICUS seclusa necessitate non possunt tangere calicem, patenam, & corporalia absq; culpa veniali. Sunt enim multa iura, quæ talis contactum prohibent. Verutamen quavis causa occurrente, nulla erit culpa. Sententia assertens adhuc sine causa, nullam esse culpam probabilis est p. 10. tr. 11. ref. 2.

L E C T O R E S .

LECTORES secundum Lezamam c. Lectores 10. num. 32. comprehenduntur in non compellendis Pontificis, ut contra illas delinquentes lectura priventur, quoties diruntur in Bullis, contraventores privationem officiis, que in graduum, & dignitatibus incurrit, ponunt pœre, qualis est Bulla Pi IV de clausura Clericorum, nam prius VIII. de largitione munierum, & variationis of similes: quia talia verba sunt amplissime scierum, ma, & sine ratione restringeretur. Et ad gradum, quandam Bullam Sixti V. quæ contra dignitatum declaravit, respondet, illam loqui. &c. quoad illam constitutionem peculiarem, non autem de ceteris, & id colligitur verbis ibi positis, haec in re, de qua nunc agitur. Sed ego teneo cum Bonacina de claus. p. 4. n. 6. nomine officii, gradus & dignitatis ventie solum gradus honorificos cum superioritate coniunctos, qualem habent Generales, Provinciales, Priors, &c. p. 4. tr. 4. ref. 22. 4.

2 Lectores non omnes excusantur à ieiunio. Vide verb. Ieiunium, numero 26.

3 Lectores Regulares recitando sex, non excusat septem Psalmos assignandos à Præsantur à lato cum septem Pater noster, & bis Symbole Apostolorum, satisfaciunt oneri Sed Regule Horarum Canoniarum, ex privileg. lariter concessio Ord. Theatinorum à Clem. VII. apud Rodriq. comp. ref. 20 n. 6. officio, si part. 3. 2. 2. ref. 68. S. Non dicitur ab ecclesiis regis, sed de regis, & recitante certas pro-

Cccc 3

EE- 44.